





DISSERTATIONEM
MEDICAM

DE EO, QVOD VVLGO DICTVR:

**Wie man isset / so arbeitet
man auch /**

AVTORITATE ATQVE CONSENSV
ILLVSTRIS ATQVE GRATIOSISSMÆ
FACVLTATIS MEDICÆ
in alma Salana

MODERANTE

**JOANNE HADRIANO
SLEVOGTIO,**

M. D. ANAT. CHIRVVG. ET BOTAN. P. P.
MED. SAX. DVC. PROV.

PATRONO SVO VENERANDO

AD DIEM XV. OCTOB. MDCCI.

IN AVDITORIO MEDICORVM

PVBLICE DEFENDET

JO. PHILIPPVS Greiber /

PHILOS. ET J. U. D. FACVLT. PHILOS.
ADJ. ET P. L. C.

J E N Æ,
Charactere MVLLERIANO. 1707.

DISSENTATIONEM
MEDICAM
DE LO. OVO VELLO DIGNA
JOHANNES HADRIANO
PATERNO SVO PATERNO
IN AUDITORIO MEDICORUM
PUBICE DEFENDIT
JO. PHILIPVS
PUBLOS ET L.D. FACULT. PUBLOS
AD. ET. L. C.

CHRISTOPHERUS VALERIANUS



PROLUSIO.



EX iis, quibus, tam Latina, quam Vernacula Lingua, abundat, proverbis, sive indefinite, sive cum signo universali positis, aliqua ita comparata sunt, ut nec semper & in omnibus exemplis, sed saltem in aliquibus casibus, aut plerumque vera deprehendantur. Idque testantur sequentia, quæ jam sufficiant, Latina & Germanica adagia:

Herorum Filii noxa. ERASM.

*Omnis mutatio periculosa,
seu: uti PLATO enunciat:
Mutationem in omnibus rebus,
præterquam in malis, esse
periculosam, omnibus invenimus temporibus.*

Male parta male dilabuntur. CICERO.

Nox & amor, vinumque, nihil moderabile suadent. OVID.

* * *
Jung gefreyt hat niemanden gerent.

Wer die Tochter haben will / der halt es
mit der Mutter.

Wer einen rothen Kopff hat / an dem ist
kein gut Haar.

Wie man isset / so aebeitet man auch.

Horum enim proverbiorum prædicata non semper & ad omnia subjectorum inferiora accommodari possunt, sed saltim in aliquibus exemplis procedunt, adeoque non nisi verisimilium loco habenda sunt. Quod enim *primum* eorum, utpote indefinite positum, scilicet Latinum primum, concernit, certe oppido ei opponi potest aliud, & hoc adagium notissimum: *Fortes creantur fortibus*; ideoque non semper, nec de omnibus Heroum filiis, verum est, quod sint noxe, cum ipsi interdum etiam sint fortes & virtuosi. *Secundum* ex positis istis proverbii Latinis quod attinet, certe quamvis sit cum signo universali enunciatum, tamen ejus universalitas vacillat; cum 1.) multæ mutationes fiant in melius 2.) etiam illæ, quæ in malis sunt, possint in deterius fieri, ut sic mutationes in malis non excipere liceat, absolute, a periculosis mutationibus. Pariter, cum sæpe ea, quæ injuste conquistata sunt, bene quis tueri soleat; etiam *tertium* adagium ad omnia male parta extendi non potest. Tantum etiam *quarta*, ex istis, paræmia æstimanda non est universaliter vera, eò, quod nox sæpe v. g. suadeat moderato & lento gradu incedere, quod amor non semper sit intemperatus, quodque vinum modice hauriri possit, & ita amor & vinum non semper aliquid immoderabile suadeant. Germanicorum istorum adagiorum *primum* multis instantiis esse obnoxium, quotidiana docet experientia. *Secundum* adagiorum illorum Germanicorum non posse semper ad praxin transferri, & ita verificari, vel exinde patet, quia in multis conjugiiis parum libertatis consentiendi aut dissentiendi relictum est a marito uxori, ideo-

ideoque tunc dicendum erit : *Wer die Tochter haben will / der halt es mit dem Vater. Tertii*, ex iisdem proverbii, universalitatem infringunt multa exempla honestarum & integerrimarum personarum, quæ ex classe & genere rufforum & ruffarum sunt. Denique, quod *ultima*, ex superius expressis paroemiis, eos, qui universalem certitudinem eidem attribuunt, fallere possit, jam ibimus demonstratum, idque ex instituto moliemur. Et quidem hujus proverbii: *Wie man isset / so arbeitet man auch /*

- [1. Sensum ostendemus,
- [2. Exempla proferemus, in quibus illud fallit.

THESIS. I.

Nimirum, præ aliis pluribus præjudiciis, quæ vulgus fovet, eminet idem illud: *Wie man isset / so arbeitet man auch*; Etenim hæc adagio & præjudicio vulgus non minus universalem sensum tribuit, quam aliis adagiis; quandoquidem sensus ejus est sequens: *Wer lange isset oder kuet / der arbeitet langsam / und wer nicht lange isset oder kuet / der arbeitet behände.*

S. II. Verisimile hoc apud aliquos ex vulgo ita radices egit, ut, infallibile illud esse, credentes ipsi simulac conduxerunt seruum aut ancillam, ipsorum solertiam atque alacritatem, aut etiam desidiam & negligentiam in operis præstandis futuram, per hoc divinare

velint, si initio statim cognoverint, an repentina, an vero diligenti & prolongata dentium incisione & confusione masticaverint cibos.

§. 2. Profecto aliquando contingebat, ut Rusticus Paterfamilias, qui servum conduxerant primo die, quo servus operas præstare cœperat, clam servo, uxorem suam juberet tantum ciborum, plus vice simplici, servo ad comedendum apportare, quantum ipse devorare compos; se enim, aiebat ipse, cognoscere velle: num servus novellus brevi temporis spatio multum ciborum consumere, & propterea etiam multum laboris cito consummare posset? Uxor depromebat novello servo una vice fercula, &, postquam hæc cito essent deglutita, denuo plures paterfamilias jubebat accersi cibos, hos iterum brevi negotio consumebat servus, tumque tertia vice servo apponi esculenta mandabatur, quæ, cum servus iterum sine multa mora mandasset stomacho, quærebat ex ipso Dominus suus, Rusticus: Quousque edendum est tibi, usque dum satur existas? & respondebat Servus: Simulac me male habeo, & vomitus præsto est; quod responsum adeo placebat Domino; ut inde eo firmius crederet: Servum novellum esse expediendissimum hominem.

THESIS II.

Parœmiam autem istam saltem esse Dialecticum Principium, & non nisi opinionem (imo erroneam opinionem in iis, qui illud universale esse putant) generare aptum, patebit ex Exemplis, in quibus illud fallere, jam docebimus. Nimirum fallit hoc

1. In ejusmodi hominibus, quibus non sunt amplius salva organa quae propter esum sunt, videlicet iis, quibus vel laesa est ciborum

- 1. Masticatio; postquam aut laesa sunt organa
 - 1. Cibos assumptia, ut Labia, quando morbis affecta.
 - 2. Masticationem praestantia, & quidem
 - 1. Ea, quae faciunt ad comminutionem ciborum, ut
 - Maxilla
 - 1. quando luxata;
 - 2. quando musculi earum non sunt salvi;
 - 2. Dentes, quando vel
 - 1. Plane deficiunt, ut in edentulis.
 - 2. Lacorant, v. g. carie.
 - 2. Illud, quod facit ad propulsionem ciborum, ut lingua, quando nimis arida.
 - 2. Deglutitio ciborum, quando laesa sunt organa, quae
 - 1. Immediate
 - 2. Mediate.
 - faciunt ad deglutitionem.

2. In ejusmodi personis quibus adhuc salva sunt organa, quae propter esum sunt; nimirum

- 1. Laboriosis
 - 1. Univerſim tam doctis quam indoctis, qui scilicet
 - 1. Nimis labore &c. fatigati
 - 1. Aut non appetunt;
 - 2. Nec possunt festinanter masticare.
 - 2. Iis, qui observant illud Medicorum: Ubi fames, ibi laborandum non est.
 - 2. Speciatim Eruditis, qui ut eo expeditius post esum laborare possint, cibos bene & ita cum aliqua mora masticant & minuunt.
- 2. Ignavis, qui, dum edunt, sudant, dum laborant, algent.

§. I. Nam

ina, an
& con-
ut Ruffi-
mo die,
vo, uxo-
implici,
e deva-
e velle:
um ci-
laboris
ovello
essent
fici-
tum-
que,
toma-
Quo-
as &
e vo-
Do-
lluma
ficum
oneant
t) ge-
ud fal-
1. In-

§. 1. Nam I) quotiescunque masticatio ciborum & deglutitio eorum laesa est, totiescunque ille, qui alias etiam solertissimus est, aut plane non, aut non aliter quam lente masticare potest.

§. 2. *Masticatio autem ciborum*, (docet illustris noster Wedelius, in Pathol. Medic. dogmat. Sect. III. cap. VIII. p. m. 570.) *leditur vel per se, ob dentium defectum, vel cariem, unde in senibus edentulis tollitur; vel per accidens, ob musculos laesos vel resolutos, tumoremque patientes; ob ossium quoque maxilla luxationem, lingua ariditatem, unde in febribus non bene habet, labiorum item morbos. Adeoque motu & articulatione maxilla inferioris, vel organis concissioni ciborum dicatis, laeis, masticatio leditur. Exemplum horum praebent spasmo cynico laborantes, & defluxionem vel tumorem in articulum maxilla patientes, unde diduci non possunt dentes, vel non citra insignem dolorem.*

§. 3. *Deglutitio*, ait idem d. l. *leditur pluribus de causis, quae omnes tamen referri possunt ad ipsa organa, quae vel mediate vel immediate ad deglutitionem faciunt. Si enim via non bene habeant, nec patula sint, per quas descendere cibum oportet, necesse est eosdem remanere. IMMEDIATE id fit, laesa gula, seu oesophago, ab intemperie. --- p. 571. MEDIANTE idem accidit tum a laesa lingua, tum musculis & nervis sexti & septimi paris, vulnere aspera arteria, tum quoque a cibis & medicamentis. &c.*

§. 4. Ideoque vere dicere non possum: *Quali motu aliquis, cui masticatio & deglutitio laesa est, cibos com-*

minuit, tali motu etiam labores suos exantlat. Nam illi, qui alacritate optima in negotiis expediendis conspicuus est, masticatio & deglutitio læsa esse potest ut ob id comminutionem ciborum accelerare non possit, Ergo proverbium istud fallit in iis laboriosis, quibus masticatio & deglutitio ciborum læsa est. Ergo nec istud universale est.

§. 5. II) Vacillat etiam universalitas istius *inaptitudinis* in ejusmodi personis, quibus nec masticatio nec deglutitio læsa est, quidem tam in talibus, qui sunt ex numero laboriosorum, quam in talibus qui ex ignavorum censu sunt.

§. 6. Videlicet (N) Universim iis subjectis, sive sunt docta, sive indocta, quæ aut nimio labore defatigata sunt, aut illud Medicorum observant: *ubi fames, ibi laborandum non est*, non potest convenire prædicatum nostri vulgati dicti. Ea enim aut non appetunt, aut non possunt festinanter masticare.

§. 7. Quomodo enim primo ille, cui sui citati & copiosi labores ademerunt appetitum & potentiam ocus incidendi & contundendi cibos, quomodo, inquam, ille ex tardiori masticatione poterit vocari aut judicari talis, qui tardus & piger esse solet in operis peragendis? Potius de ejusmodi fatigatis formari potest assertum verisimili nostro contrarium, & sequens: *Wer geschwinde und vielfältig arbeitet / der isset langsam.*

§. 8. Quomodo porro illi homini, sive erudito sive rudi, quem post multas & cito exhaustas operas fames premit, & hinc illud Medicorum observat:

B

ubi

Ubi fames, ibi laborandum non est; quomodo, inquam, & huic attribui potest prædicatum languide laborare assueti? Quamvis enim hic, ne fame pressum ejus corpus laboribus magis debilitetur, inducias horum faciat, & sic ad breve tempus labores fugiat, postea autem cibos avidissime manducet; tamen ipse per hoc non est non laboriosus statu, seu illibenter & tarde operari assolens, aut ad labores non inclinans. Per multas enim & cito exhaustas operas famem sibi conciliat, ob quam labores abrumpere tenebatur.

§. 9. 2) Speciatim ad eruditos, quibus animus est, eo feliciter & citius pensum suum pertexendi, ut propterea cibos bene, & hoc modo cum aliqua mora mastitent & minuant, non quadrat nostrum verisimile. istos enim exquisite masticare decet. Nam: qui cibos negligenter apparant ad deglutitionem, illi experiantur coctionem minus bonam, cum perfunctorie masticata oneri sint stomacho. Cujus autem stomachus molestias patitur, quomodo ille ad acuta meditandum poterit esse habilis? Nervose hæc includimus sequenti foritæ:

- a) *Qualis masticatio, talis coctio;*
 - b) *Qualis coctio, talis chylus;*
 - c) *Qualis chylus, talis sanguis & serum;*
 - d) *Qualis sanguis & serum, tale temperamentum;*
 - e) *Quale temperamentum, tales operationes anima;*
 - f) *Quales operationes anima, talis aptitudo ad studia & meditationes,*
- Ergo Qualis masticatio, talis aptitudo ad studia & meditationes.*

Si

Si itaque ea sit negligenter facta, gignit ineptitudinem ad studendum.

§. 10. a) Bene enim masticata facile digerere potest stomachus, ast, male contusa & comminuta, non æque.

b) Bona enim coctio seu extractio chyli, bonum reddit chylum, ast rudis extractio rudem.

c) Chylus enim est sanguinis (& seri) elementum. *Illustr. Wedel. Physiol. Med. Sect. III. cap. X. p. 123.*

d) Quando enim serum & sanguis, seu particula oleosa balsamica & humida quantitate & qualitate se invicem probe temperant, fit temperamentum calidum & humidum, seu *sanguineum*. Quando particula sulphurea sunt intensa, serosa vero blanda deficiunt, calidum & siccum, seu *cholericum* temperamentum consurgit. Cum sulphurea sub serosarum sunt dominio, fit frigidum & humidum, seu *pituitosum*. Cum quantitate & qualitate se minus temperant, & sulphurea sunt obtusa a sero minus blando, frigidum & siccum, seu *melancholicum* fit temperamentum. Cum in bilioso temperamento partes sulphurea salinis acidis magis acuuntur, fiunt *atrabilarii*. vid. *Illustris noster Wedel. in Theorem. Med. p. 14. & 15.*

e) Diversas enim operationes animi proficisci a sanguineorum, diversi generis actiones mentales a cholericorum, alias a phlegmaticorum, alias a melancholicorum, diversas denique ab atrabiliorum indole, quotidiana docet experientia.

B 2

f) Nam

f) Nam bona aptitudo, ad studia & meditationes, præsupponit operationes mentis idoneas. At aptitudo ignobilior provenit a minus idoneis operationibus mentalibus.

§. II. Spectant huc ea, quæ Magnus noster Wedelius Physiolog. Reform. Cap. IX. p. 233. n. 5.) docet: *Qualis masticatio, talis coctio. Maxima est hujus necessitas, ut ipsius apparationis. Non concisa & contusa minus possunt coqui & extrahi ab arte & a natura. Hinc edentali experiuntur coctionem minus bonam, ut & illi, qui moraliter tales sunt, & cibos citra hunc apparatus devorant.*

§. 12. Ejusdemque ferme tenoris sunt ea, quæ idem vir illustris in *Physiologia Medica, Sect. III. cap. VII. p. 110.* differit: *Sufficit, horum (dentium) usum esse insignem, masticationem hanc præviā facere ad ἐπιπέπασιν, nec bene preparatum cibum bene coqui posse. Hinc edentuli seu atate, seu casu, minus integra gaudent coctione. Hinc etiam sunt, qui, ob hoc ipsum, paucitatem & raritatem dentium brevioris vita indicinam faciunt.*

§. 13. Quadrant, huc etiam ea, quæ Oligerus Jacobus, *Compend. Instit. Medicar. cap. II. pag. 17.* proponit: *Ut facilius autem digerantur in ventriculo alimenta solidiora, masticatione prævia accurate comminuenda sunt, & cum saliva subigenda. Unde ob usum hunc masticationis insignem non inepte olim dixerunt*

runt Arabes, animam suam odisse illos, qui cibos negligenter masticant.

§. 14. Ubi per animam putarim, metonymice posita causa pro effectu, intelligi operationes animæ, ductu Soritæ superius propositi; quamvis etiam per animam in illo Arabum dicto possit intelligi VITA; quemadmodum sequentia *Illustbris Domini Wedelii*, quæ *Physiologia ejus Medica, Sect. III. Cap. VII. pag. 112.* continet, verba ostendunt: *Eleganter Arabes, qui masticationem negligit, vitam suam odit, ajunt, necessitatem illius manifesto innuentes, quam in rem non minus concinne Helmont. l. de vict. rat. p. 160. Cum cibus omnis, ait, debeat mutari in cremorem, sitque exquisita masticatio, quæ digestionem faciliat, perpetuo masticationem commendo, siquidem unus bolus non rite masticatus plus negotii prabet in corpore, quam tres contriti mandendo bene.*

§. 15. Imo, quantus usus & necessitas est salivæ humiditatis, tantus usus & necessitas etiam est diligentis masticationis. Ope enim masticationis elicitur saliva. Hinc, quot effectus ad sanitatem producendam necessarios producit saliva, tot etiam effectus ad eandem conducentes producit masticatio diligens; causa enim (masticatio) causæ (salivæ) est causa causati; scilicet effectuum, quos saliva producit.

§. 16. Effectus autem salivæ noster pluries summe laudatus Wedelius recenset, *Physiolog. Medic. Sect. III. Cap. VII. pag. 110.* ubi ita ait: *Concurrit*

vero precipue 2. ad impastandum, salivæ humiditas, tanquam primum menstruum, mixtura ciborum velificans, iisdemque commista alterationem primam inducens, non secus ac mechanicus vel chemicus producturus extractum, vel spiritum, extrahenda vel destillanda accurate prius aptat, menstruum leniter aspergit, & reliqua præmittit, ut nulla hinc in operando sit mora. - - - p. iii. ait: Adeoque salivam esse lympham in os colatam, ut primum HUMECTET continuo tum fauces tum os, & instrumenta vocalia & cibalia irriget, neutra enim arida officium faciunt; tum cibos quoque, unde ad deglutitionem faciliorem facit; ut deinde GUSTVM ADJUVET, unde in febris non solum arent hæ partes & ingrescunt, quasi adusta; verum etiam oblata & ingesta quasi lignum sapiunt. Porro ut SOLVAT, seu ciborum dissolutionem & fermentationem faciat. Opus vero est, ut alium adhuc usum concipiamus, cuius saliva continuo deglutiatur. Hoc ipso enim non solum præstat, ut non continuo sitiamus, verum quoque acrimoniam fermenti salini obtundit, ne nimis, quam par est, architrictim quatiat & feriat, uti alitum genus ob hoc ipsum arenulas & lapillos deglutit. Tum quoque sensim partes ipsas, ventriculum & intestina humectat, poros, ne nimis hiant, demulcet, & tandem spissescendo cum fecibus alui exit, optime munere suo sancta.

§. 17. Enumerati ergo effectus salivæ & eadem eorum ad sanitatem necessitas tribuenda est diligenti masticationi, utpote causæ remotæ.

§. 18. Hæc, qua de sanitate & longiore vita per masticationem ciborum accuratam obtinenda diximus, evincunt, quod diligens masticatio incumbat æque indoctis atque doctis, quamvis ea, quæ de promptiore & magis habili operatione animæ masticationem diligentem insectante disseruimus, eruditos in specie attingant.

§. 19. Hucusque stitimus exempla *Laboriosorum*, salva adhuc organa, quæ propter esum sunt, possidentium, ad quos non applicari potest tritum nostrum Verisimile. Jam tandem deveniamus ad exempla *Ignavorum*, quoad masticationem & deglutitionem illæorum, in quibus fallit Proverbium examini nostro jam subjectum.

§. 20. Multos quippe Ignavosprehendimus, qui satis festinanter masticant, & tamen proniores & promptiores ad commessandum, quam cooperandum se præstant, ita, ut inter manducandum sudore, inter laborandum frigore affligantur.

§. 21. Quare propter hujusmodi fucos, qui tanquam ignavum pecus a præsepibus arcendi, excogitatum est proverbium, nostro verisimili: *Wie man isset / so arbeitet man auch*; oppositum: *Mancher arbeitet daß er frieret / und frist / daß er schwigt*. Quod ipsum jam allatum proverbium oppositum universalitatem nostræ parœmiæ oppido infringit.

§. 22. Unde apparet, quod *Vulgus*, ita argumentans:

Dieser

§ (16) §

Dieser isset nicht hurtig /
Ergo arbeitet er nicht hurtig /
Denn wie man isset so arbeitet
man auch /

saltim ex signo non necessario concludat, adeoque
medium terminum majoris & minoris propositionis
saltim ex loco signorum non necessariorum
dialectico depromat.

TANTUM.



01 A 6505

7

ULB Halle 3
002 937 298


kur 10. Stck 7A-70C
bücher verknüpft

V.D.R. V.D.R.





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



ERTATIONEM
MEDICAM

QVOD VULGO DICITVR:

...isset. / so arbeitest
...an auch /

TE ATQVE CONSENSV
ATQVE GRATIOSISSMÆ
LTATIS MEDICÆ

alma Salana

MODERANTE

...E HADRIANO
...EVOGTIO,


...CHIRVRG. ET BOTAN. P.P.
...D. SAX. DVC. PROV.

...O SVO VENERANDO

...M XV. OCTOB. MDCCI.

...TORIO MEDICORVM

...VBLICE DEFENDET

LIPPVS  Greiber /

...ET J.U.D. FACVLT. PHILOS.
...ADJ. ET P. L. C.

...JENÆ,
...tere MVLLERIANO. 1707.